xi

35

Deuiētes em̄ deōnes abigit horrē
das tenebras depellit·ignē vrentē
p mediū diuidit et ad faciē dei pdu
.1. cit. Primo igit̄ aīa in exitu suo gau
debit quia p grām dei q̄ ē potēs aīaꝝ de
fensatrix ab ea seuientes demones
abigūt̄· Deōnes em̄ insidiant̄ aīabꝫ
de corpe trāsmigrātibꝫ ut eas in in
.2. teritū ptrahant sempiternū. Scdo
gaudebit aīa gaudio quia p grām dei
que ē lucernaꝝ deportatrix horrēde
tenebre depellunt̄· Occurrūt siquidē
impiis aīabꝫ e corpe trāsmigrātibꝫ
tenebre palpabiles et horroris ple-
.3. ne. Tercio gaudebit aīa iusta gaudi
o magno quia p grām dei que ē bona
rū aīaꝝ scutifera vrens ignis diui
ditur ut p eam illesa ptrāseat. Dicit
em̄ augustinus quod anime post hanc
vitā ignē atrocē trāsibunt. vbi ser
mones ociosi et cogitacōnes inique.
vel sordide et multitudo leuiū pctōrū.
que puritatē nobis nature infecerūt·
expurgabūt̄· et tāta ptrāseūdi mo
.4. ra q̄nti fuit pctī materia. Quarto
gaudebit aīa bona gaudio magno
valde qn̄ p grām q̄ est diuini thala
mi cameraria ante faciē dei suauis
simā pducit̄· Tūc em̄ adimplebit eam
leticia suauissim⁹ vultus dei· De
tercio nō quod dom⁹ quā intrabit aīma
stella id ē grā dei deducta.ē dom⁹ et
ne glorie· In hac em̄ domo nō inuei
tur ihs cōtēptibilit̄ iacens in p̄sepio
sed honorifice sedens in regali solio·
vn̄ cantat̄ in itroitu pxie dn̄ice· In ex
celso throno vidi sedē viꝝ quē ado
rat multitudo āgeloꝝ etc̄· In hac glo
riosa domo sedet ad latus filij itēme
rata virgo maria· vn̄ legit̄ iij· R·ij

Et venit bersabee ad regem salomo
nē et surrexit rex in occursū ei⁹. ado
rauitq3 eā et resedit sup thronū suū.
positusq3 ē thronus matri regis q̄
sedit ad dextrā eius· Per salomonē
dei fili⁹ intelligit̄· et p bersabee btā
virgo maria q̄ tūc venit ad filiū qn̄
assumpta ē in celū tunc eciam filius
venit in occursū eius ipamq3 adora
uit idest adoracōne dignā demōstra
uit eamq3 in throno glorioso ad suā
dexterā sublimauit. Rogate ergo do
minū vt sic nos faciat esse reges. sa
piētes. fideles. hūiles. et misericordes.
ut post hāc vitā stellā id ē dei grām
videam⁹ cuius ducatu ante ihm et
mrēm eius cū leticia veniamus· Qd
nobis p̄stare etc̄·

Item sermo de eodem. 13

Procidētes adorauerūt eū· et
apertis thesauris suis obtulerūt
ei munerā. auꝝ th⁹ et mirrā. Duo
hic occurrūt pncipalit̄ notāda. Pri
mū ē quis sit ille cui magi detulerūt
munera. Scdm ē q̄ sint munera q̄
pcidētes obtulerūt· De primo nō
quod puer fuit pānis inuolut⁹ cui ma-
gi munerā detulerunt et certe in hoc
notatur magna fides istoꝝ triū ma
gorū quod pueꝝ illū quē viderūt pānis
inuolutū et in p̄sepio repositum cre
debāt esse regē oim seculoꝝ· credebāt
cū eciā esse deū deoꝝ· credebāt nichilo
minus esse eū in cruce moriturū pro
pctīs omniū populorū· Quia enim
hec tria credebant de ipo· ppterea
pcidētes adorauerūt eū et obtulerūt
ei auꝝ tanq̄ regi excelso· thus sicut
deo vero· et mirram tanq̄m in cruce
morituro. De fide istorum trium

Procidentes adorauerunt eum. et apertis thesauris suis obtulerunt ei aurum thus et mirram Math 2. Magi [illegible] puero nato prudentes crediderunt ipsum deum ac dei filium sed hoc non solum fides catholica credit et docet. sed et aliqui ex gentilibus hoc crediderunt Unde dicit lactancius firmianus libro 4. diuinarum institucionum. c 6. Sibilla erithrea dicit filium dei ducem et imperatorem omnium Et rursus dicit Tunc cognosces deum qui filius dei est Hoc credentes magi apertis thesauris obtulerunt filio dei aurum thus et mirram. De quibus muneribus inquit gregorius Aurum regi congruit. thus in dei sacrificium ponitur. mirra autem mortuorum corpora conduntur. Et beatus augustinus dicit Aurum quasi regi magno. thus deo vero. mirra ponitur tanquam pro salute omnium morituro hic ostenditur cum dicit Procidentes etc.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-183/0069
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt